



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 23. Anceps prælium Cæsareos inter & Turcas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII. familia ad Venetos transiit, omnesque
 A. C. 1696. præfidiarii, qui in Uranograz & Turo-
 rovo arcibus a Comite Budiano capti
 fuere, unacum suis uxoribus, prolibus
 Baptizati, Mahometis impietatem de-
 testati sunt.

§. XXIII.

*Anceps prælium Cæsareos inter &
Turcas.*

*Wagner
 Hist. Leop
 pag. 313.
 Hode vie du
 Louis XIV.
 pag. 198.*

Dum hæc Viennæ gerebantur, Fri-
 dericus Augustus Saxonæ Ele-
 ctor, qui Cæsareo exercitui cum su-
 prema potestate præfuit, in Hungaria
 collectis undique copiis Temesvariam
 oppugnare constituit, admotisque belli
 tormentis obsidionales fossas versus ar-
 cem promovit: cum autem Sultanus
 trajecto simul Savo & Danubio, urbi
 suppetias ferre festinaret, Elector con-
 clamatis vasis hosti obviam processit,
 prælium tentaturus: Igitur octo lectis-
 simas cohortes selegit, quæ superatis
 obstantibus dumetis obliquum hostium
 latus adorirentur, ac tamdiu pugnan-
 do persisterent, donec universus exer-
 citus in pugnam succederet: Dies erat
 vigesima quarta Augusti, qua Cæsarei
 sexta a meridie hora in Turcas incur-
 rere, atque edita circum multa ho-
 stium cæde, mox ad currule sepimen-
 tum

tum penetrarunt: non minus animose Sæc. XVII.
 Janissari in dextrum cornu iterato im- A. C. 1696.
 petu effunduntur, semper tamen stre-
 nue repulsi: acrius tum utrinque in-
 caluit certamen, quod tamen in-
 gruentes noctis tenebræ diremerunt:
 altera die per exploratores cognitum,
 Turcas ad castra arbutis & paludibus
 undique cincta, nostrisque impervia
 fecessisse: nil aliud ergo Cæsareis reli-
 quum erat, quam ut instructa acie Tur-
 cas e suo nido ad apertum campum
 pollicerent: nec huic consilio optatus
 deerat successus; Sultanus enim re-
 lictis castris Temesvariam versus mo-
 vit, atque in Cæsareos, priusquam or-
 dines satis coire possent, tam violento
 impetu ruit, ut duas Saxonicas co-
 hortas statione moveret, ac vix non
 secundæ aciei ordines perrumperet;
 Cæsarei tamen equites calcaribus sub-
 ditis barbaros non sine magna difficul-
 tate represserunt, laboratum vero præ-
 cipue in extrema ala; quippe acrius,
 quam cautius Cæsarei hostem insecuti,
 a Turcico Equitatu cincti in fugam a-
 guntur, & integra ala propemodum
 profligatur: Saluti adhucdum erat Ca-
 prariana legio, quæ invicto robore pu-
 gnam sustinens, sparsis sese colligendi
 spatium indulsit, unde resumptis ani-
 mis Spahios adorti eos tam præcipiti

Sæc. XVII. impetu retrundunt, ut densius conferti,
 A. C. 1696. atque alius alio implicati mille amplius
 a suismet interficerentur. Has inter
 tumultuarias incurfiones variabat præ-
 llii fortuna, jam in nostros, nunc in
 hostem inclinata, & opaca nocte pu-
 gnandi facultatem præripiente, uter-
 que exercitus in acie perstitit, ignari
 victi essent an victores: utrinque enim
 erat æqua propemodum cædes ac glo-
 ria: nisi quod nostri duodeviginti belli
 tormenta, & quinque colubrinas defi-
 cientibus equis hosti relinquere cog-
 rentur: Cecidere ex Cæsareis ter mille
 quadringenti viginti sex, atque inter
 eos Heidersheimius Bellidux animi
 fortitudine, ac militari experientia
 longe celeberrimus. Certiore victoria
 Contarenius Venetæ classis Architha-
 lassus ad Insulam Andrum Turcicas na-
 ves partim combussit, partim cepit,
 aut in turpem fugam abegit.

§. XXIV.

*Induciæ inter Gallos & Sabaudia
 Ducem initæ.*

*Hist du
 Princ Eug.
 tom. 1. l. 2.
 pag. 190.*

Segnities, qua bellum tam ad Rhe-
 num, quam in Flandria agebatur,
 futuræ paci præcludere videbatur, du-
 dum enim foederati non minus quam
 Galli opposita tenebant castra, & præ-
 ter